

Kunšov z Prahy, Martin

Nechutová, Jana (editor)

**M. Martini de Praga Utram circumscripta simonia : quaestio disputationis de quolibet Pragae anno 1416 habitae**

Sborník prací Filozofické fakulty brněnské univerzity. E, Řada archeologicko-klasická. 1973-1974, vol. 22-23, iss. E18-19, pp. [309]-314

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/109147>

Access Date: 16. 02. 2024

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

**SBORNÍK PRACÍ FILOSOFICKÉ FAKULTY BRNĚNSKÉ UNIVERZITY  
STUDIA MINORA FACULTATIS PHILOSOPHICAE  
UNIVERSITATIS BRUNENSIS  
E 18–19 (1973–1974)**

---

**Edidit JANA NECHUTOVÁ**

**M. MARTINI DE PRAGA  
UTRUM CIRCUMSCRIPTA SIMONIA**

**QUAESTIO DISPUTATIONIS DE QUILIBET PRAGAE ANNO 1416  
HABITAE**

**Praefatio**

Quaestionem „Utrum circumscripta simonia“, quam primum nunc editam lectori in paginis sequentibus proponendam esse statuimus, Magister Martinus de Praga in disputatione de quolibet Universitatis Pragensis a M. Simone de Tišnov anno 1416 habita egit. In hac oratione M. Martinus de re gravissima in civitate eorundem temporum de reservationibus scilicet papalibus, disserit, demonstrans reservationes primorum fructuum simoniae esse. Quae iudiciorum severitas, rei publicae causa adhibita, neenon et Johannis Wyclifi tractatus „De simonia“ loci, quibus M. Martinus in oratione sua usus est, cum habitu totius disputationis de quolibet anno 1416 actae valde congruunt.

\*

Textum quaestioneis nostrae in codice Bibliothecae Universitatis Pragensis IV F 25, fol. 154r—157r, scriptum invenimus, quem codicem unicum in hac editione secuti sumus.

**Předmluva**

Kvestie M. Martina Kunšova z Prahy „Utrum circumscripta simonia“ byla přednesena na kvodlibetu M. Šimona z Tišnova r. 1416.<sup>1</sup> Pramenem našich znalostí o tomto universitním aktu jsou jednak přípravná akta kvodlibetářova, zachovaná (spolu s přípravou kvodlibetu Husova) v kodexu knihovny Národního Muzea v Praze, sign. V C 42 (fol. 55r—168v), jednak několik porůznu zachovaných kvestií. Kolem Šimónova kvodlibetu vzniklo více různých nejasností, a s konečnou platností vyřešil jeho problém až B. Ryba.<sup>2</sup> Víme, že se při této disputaci probíraly aktuální problémy, jak je toho dokladem nás text, ale také ovšem vyštoupení M. Petra z Benešova s otázkou „Utrum pro reformanda in ecclesia“ nebo protiutrakvistická kvestie „Utrum probari potest“.

<sup>1</sup> Kvodlibet nejnověji popsal J. Kejř, Kvodlibetní disputace na pražské universitě, Praha 1971, zvl. str. 97—100.

<sup>2</sup> Kvodlibet Šimona z Tišnova, Listy filologické 1948, str. 177—186.

Martinova kvestie z Tišnovova kvodlibetu je zde vydávána tiskem po prvé. Hlubší pozornost věnoval jejímu obsahu zatím právní historik J. Kejř, který ve své publikaci Stát, církev a společnost v disputacích na Karlově universitě v době Husově a husitské<sup>3</sup> píše: „Otázka se dotýká velmi palčivého problému pro hospodářský život. M. Martin řešil otázku odpovědí zápornou... Vyjasnív pojmy, které budou v questii obsaženy, vyvodil M. Martin své závěry, že ten kdo nepracuje, nemá ani jist (2. Tess. 3,10). Veškeré důchody beneficia totíž mají náležet tomu, kdo skutečně úřad zastává, a proto k nim nemá právo ani papež ani osoba jiná, neboť neslouží bohu a církvi způsobem odpovídajícím hodnotě plodů. Původ instituce reservace fructuum je prý od papeže Jana XXII. a autor se rozhorluje nad tím, jak bedlivě jsou tyto předpisy zachovávány, ač se příčí zásadě Písma, vyjádřené v evangeliu Matoušově — Dejte zadarmo! Kdo tedy udělí duchovní moc za časný zisk, proviní se proti tomuto příkazu Kristovu, a tudíž je stejným způsobem vinen i papež, jenž udělí beneficium vyhradiv si užitky prvního roku. Papeži sice přísluší obsazování beneficí vhodnými osobami, ne však právo na první plody. V závěru odmítl M. Martin pravost otázky a dovolil, že vyhrazení prvních plodů je svatokupectvím, a ti, kdož se ho dopouštějí, jsou svatokupci. — Z obsahu kvestie je vidět, že M. Martin sice rozhodně odmítl papežovo právo na užitky prvního roku z beneficí, které udělí, nicméně nepopřel právo duchovních na důchody plynoucí z beneficí a tím všeobecně na světské statky, ani papežovo právo ustanovovat vhodné kandidáty do církevních úřadů. Ovšem otázka byla položena tak, že se jednalo pouze o právo brát první plody a nikoli o církevní jmění všeobecně, takže M. Martin omeziv se na přesnou odpověď svůj uložený úkol bezvadně splnil. I v té podobě, jak je questie napsána, je výmluvným dokladem protipapežské tendenze při Tišnovově kvodlibetu“.

Uvedli jsme zde delší úryvek z Kejřova výkladu, neboť je zde přehledně a úplně podán obsah naší kvestie a její charakteristika. Je z ní patrné, že Martinovo vystoupení není důsledně radikální. Stalo by se to ještě zřejmějším, kdybychom srovnali kvestii s Víklefovým traktátem *De simonia*, na němž, jak ukázal F. M. Bartoš,<sup>4</sup> jsou závislé teze k naší kvestii v kvodlibetářově příručce. Zatímco se Martin omezuje na odmítnutí papežských reservací, Víklef v odpovídající kapitole traktátu *De simonia*<sup>5</sup> (c. 5. s kvestií „*Sed dubitatur ulterius, si licet pape sibi reservando primos fructus distribuere generaliter beneficia regnorum*“) kritizuje kuriální svatokupectví v daleko širším rozsahu a vyzývá světskou moc k nápravě kněžských zločadů. Na druhé straně však již sama volba tématu pro tuto otázku, tématu explicitně víklefského, dosvědčuje — spolu např. s vystoupením M. Petra z Benešova, které bylo uvedeno jako obhajoba Víklefova článku o desátcích — pokrokovou tendenci kvodlibetní diskuse.

K práci na edici tohoto textu jsem vyšla z údajů J. Kejře v dokumentačním oddíle jeho publikace „*Kvodlibetní disputace na pražské universitě*“<sup>6</sup>. Její záznam zní takto:

„Fol. 67—78b (tzn. teze v kvodlibetářově příručce — rukopis knihovny Národního muzea V C 42)

<sup>3</sup> Praha 1964, str. 21—22; na str. 22 v poznámkách cituje Kejř několik míst z naší kvestie.

<sup>4</sup> Nové světlo do Husova rektorátu, Jihočeský sborník historický 1938, str. 6, pozn. 18; v tomto článku Bartoš ukazuje vůbec závislost celé kvodlibetářovy přípravy na Víklefovi.

<sup>5</sup> Vydali Herzberg-Fränel a M. H. Dziewicki, London 1898.

<sup>6</sup> Str. 151.

Utrum circumscripta simonia potest summus Romanus pontifex reservando sibi primos fructus distribuere generaliter beneficia regnorum.

1. Autor: Martin z Prahy

2. Rukopis: IV F 25, fol. 154a—157a“

Text je tedy zachován v jediném rukopise, v kodexu pražské Universitní knihovny. Podle něho jsem květou připravila k vydání, přičemž jsem respektovala obvyklé ediční zásady a pravidla pro transkripcí latinských rukopisných textů.

154r

M. Martini de Praga

**Utrum circumscripta simonia potest summus Romanus pontifex  
reservando sibi primos fructus  
distribuere generaliter beneficia regnorum**

Noto 1°, quod questio duo implicat: 1<sup>m</sup> est, quod papa potest sibi reservare 5 primos fructus beneficiorum per regna existencium, 2<sup>m</sup> est, quod papa potest generaliter distribuere beneficia regnorum. Et tunc queritur questio, utrum Romanus pontifex potest illa duo facere circumscripta simonia, id est non committendo symoniam.

Pro istis notato ulterius, quod symonia est inordinata volicio spiritualia pro 10 temporalibus conmutandi. Dicitur autem simonia a Symone, qui primus in Nova Lege expressit inordinatam volicionem, volens commutare pecuniam pro potestate inponendi manus hominibus, mediante qua homines Spiritum sanctum acciperent et ipse Symon plurem pecuniam acceptaret. Unde ex tali avaricie desiderio dixit Actis VIII ad apostolos: „Accipite<sup>1</sup> pecuniam et date michi hanc potestatem, ut cuicunque manus inposuero, accipiat Spiritum sanctum.“ Et quamvis illam conmutacionem actualiter non fecerit, cum potestatem illam non acceperit renitentibus apostolis, tamen grande commisit flagicium, pro quo, si non egit penitenciam, est dampnatus. Unde ad detestacionem et ostensionem tanti flagicij ipsi Symoni dixit Petrus: „Utique<sup>2</sup> age penitenciam de hac nequicia tua, si forte 20 remittatur tibi hec cogitacio cordis tui.“

Quia ergo Symon primo et notabiliter in Lege gracie avare mercari cupiens ex potestate, quam obtinere intenderat circa donum Spiritus sancti, gravem commisit nequiciam, ordinem Spiritus sancti volens irrumpere, ideo illa heresis vel nequicia ab ipso Symone vulgatum nomen obtinuit simonia, quamvis proprie est nequicia 25 volentis inordinate conmutare temporale comodum pro gracia Spiritus sancti, sed generaliter comprehendit nequiciam tam inordinate volentis conmutare temporeale comodum pro dono spirituali quam econtra. Nam et ipse Symon primum voluit conmutare pecuniam illicite pro potestate inponendi manus, ut consequenter 154v illam spiritualem graciam pro temporali comodo conmutaret. Et hinc comprehendit | 30 simonia nequiciam Roboam, Balam, Gezy, Iude et Symonis et omnium, qui illorum aliquid in mercacione huiusmodi < . . . > antur; illi enim sunt imitacionis filii dictorum patrum. Unde de quolibet humano filio est illa peticio sive inprecatione Psalmi 108<sup>1</sup>: „In memoriam<sup>3</sup> redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini,

<sup>1</sup> Act. 8, 19

<sup>2</sup> Act. 8, 22

<sup>3</sup> Ps. 108, 14—15

et peccatum eius non deleatur. Fiant contra Dominum semper et dispereat de 35  
terra memoria eorum.“

Noto 3°, quod summus Romanus pontifex in proposito idem est convertibiliter quod Romanus episcopus vel pontifex, qui debet esse precipuus minister Ihesu Christi et Romane ecclesie in sacerdotali officio bene vivens, docens Romanum populum verbo et opere vivere secundum legem Christi. Et isto modo sanctus Petrus, Christi apostolus, fuit Romanus pontifex, ymmo et Paulus apostolus; unde ex ethimologia ipsi fuerunt Romani pontifices, eoquod verbo et opere fecerunt spiritualem pontem Romano populo, quo mare et seculi et dampnacionis foveam poterant pertransire. Fuerunt eciam episcopi, id est supraintendentes Romani, quia supreme post Cristum tenuerunt custodiam super Romanum populum, ne, obrutus erroribus, eternaliter dampnaretur.

4° noto, quod „primus fructus“ in questionis titulo ad propositum est primus redditus decimarum vel censum ecclesiastici beneficii divina vel humana institutione deputatus persone, que in illo beneficio primo anno sue assecucionis ecclesie legitime ministraret. Dico „divina institutione“ propter decimas, que in Lege Veteri fuerunt sacerdotibus et levitis divinitus deputate, et que et Lege gracie, in qua sacerdotes debent vivere pauperius et temperancius, non sic explicite sacerdotibus deputantur — unde Apostolus Christi po regula ita dicit: „Habentes<sup>4</sup> alimenta et quibus tegamur, hiis contenti simus“ 1<sup>a</sup> Thimothei 6. Dico 2° „humana institutione“ propter census vel correspondens precium; quem censem vel quod 55 precium homo preter doctrinam legis Christi explicitam persone instituende vel institute pro ministerio deputavit.

Ex isto notabili sequitur, quod nec Romanus pontifex nec persona alia debet fructus beneficii ecclesiastici recipere, nisi correspondenter ministraverit Deo et ecclesie ad hos fructus. Patet, quia omne fructuum beneficium est institutum propter Dei et ecclesie ministerium, igitur cessante ministerio cessare debet fructuum recepcion. Tenet consequencia per regulam philosophicam, que dicit „ablata per se causa tollitur et effectus illius cause“ | et per regulam apostolicam „si quis<sup>5</sup> non vult operari, non manducet“ 2<sup>a</sup> ad Tessalonicences ultimo. Unde gloriatur Apostolus ibidem, dicens: „Neque<sup>6</sup> gratis manducavimus panem ab aliquo, sed in labore et in fatigacione nocte et die operantes, ne quem vestrum gravaremus, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos; nam et cum essemus aput vos, hoc denuncciabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, non manducet“. Et patet correlarium hoc, quod qui non ministrat ecclesie per suum officium, non debet tollere fructus eius.

Noto iterum, quod hoc ad verbum „generaliter“ positum in titulo questionis tantum debet valere sicut hoc ad verbum „universaliter“, et debet determinare istud gerundium „reservando“ et istud verbum „distribuere“, quod sit in titulo iste sensus: Potest summus Romanus pontifex, reservando generaliter primos fructus, distribuere generaliter beneficia regnum. Et sic includetur in titulo questionis iste sensus, quod potest summus Romanus reservare sibi primos fructus cuiuslibet beneficii ecclesiastici et dare cui voluerit quocumque beneficium ecclesiasticum cuiuscumque regni. Et tunc queret questio ad intellectum, utrum circumscripta symonia, id est ut non committatur symonia, potest summus Roma-

<sup>4</sup> 1. Tim. 6, 8

<sup>5</sup> 2. Thess. 3, 10

<sup>6</sup> 2. Thess. 3, 8—10

nus pontifex reservare sibi primos fructus cuiuslibet beneficiorum ecclesiastici et dare 80  
cui valuerit quocumque beneficium ecclesiasticum cuiuscumque regni.

Noto ulterius, quod reservacio primorum fructuum pro assecuacione ecclesiastici  
beneficiorum non a Christo nec ab eius apostolo Petro Romano pontifice nec ab aliquo  
apostolo vel deposito sancto alio cepit originem, sed, ut narrat Cestrensis<sup>7</sup> libro VII  
capitulo 4, a Romano pontifice Johanne XXII. Ut dicit Cestrensis, „Johannes 85.  
XXII sedit annis circiter XII. Hic Sextum librum Decretalium innovavit, pluralita-  
tem beneficiorum dampnauit, ita ut unico beneficio per rectorem accepto ipse  
papa relictorum fructus vacancium per aliquos annos obtinuit; insuper et aliorum  
beneficiorum, per mortem seu resignacionem vacancium, primos fructus sibi reser-  
vavit, ita quod rector institutus taxacionem beneficiorum sui aut residuum acceptaret,  
ex quo innumeri thesaurem ad papam cameram devenerunt.“ Ecce origo reservacionis  
fructuum unde habet ortum. Sed mirabile est, quod illius pape dampnacio plura-  
litatis beneficiorum ut venenum fugitur, et reservacio primorum fructuum diligen-  
cius quam lex Ihesu Christi practisatur. 90

155v / Supposicio sit ista: quilibet spiritualis minister ecclesie, dans potestatem 95  
spiritualem ad ministrandum ecclesie alteri, tenetur ipsam dare gratis sine spe  
retribucionis comodi temporalis. Patet supposicio per illud preceptum Domini  
Mathei X „Gratis date.“

Ex ista suppositione sequitur, quod quilibet minister spiritualis ecclesie,  
dans potestatem spiritualem pro temporali comodo, transgreditur istud mandatum 100  
Domini „Gratis date“. —2° sequitur, quod quilibet habens affectum cum consensu  
dare temporale comodum pro potestate spirituali, transgreditur illud mandatum  
Domini „Gratis date“. Patet, quia sicut precipit ibi gratis dare, sic consequenter  
precipit gratis accipere. Et in isto deliquit graviter Symon Magus, qui Actis  
VIII pecuniam obtulit apostolis, ut acciperet potestatem inponendi hominibus 105  
manus, ut acciperent Spiritum sanctum.

Conclusio 1<sup>a</sup>: Quilibet pontifex, dans alicui spiritualem potestatem ministrandi  
in ecclesiastico beneficio propter primos fructus, quos reservat, transgreditur illud  
mandatum Domini „Gratis date“. Probatur: quilibet pontifex taliter faciens  
inordinate conmutat spirituale pro temporali et per consequens non gratis dat,  
igitur transgreditur illud mandatum Domini „Gratis date“. 110

Conclusio 2<sup>a</sup>: Quamvis licet Romano pontifici persone, probate in sanctis moribus  
et sciencia et ydonee ad ministrandum ecclesie, presentate per populum vel per  
principem, prebere consensum ad spirituale ministerium, tamen non licet sibi pro  
huiusmodi consensu primos fructus generaliter reservare. Patet utraque pars 115  
conclusionis per illud preceptum Domini „Gratis date“, nam in illo verbo „date“  
implicatur prima pars conclusionis, et in illo adverbio „gratis“ implicatur 2<sup>a</sup> pars  
conclusionis. Et sic innuitur, ut detur potestas ydoneo, sed sine reservacione  
comodi temporalis. Si enim fideles in temporalibus debent mutuum dare, nichil  
inde sperantes, ex illo precepto Domini Luce VI „Mutuum<sup>9</sup> dantes, nichil inde 120  
esperantes“, quanto magis ministri Dei in spiritualibus debent dare spiritualia sine  
spe retribucionis comodi temporalis! Et patet conclusio.

<sup>7</sup> Cestrensis, scie. Ranulfi Higdenii Polychronicon, 1.7, c. 42 (Rerum Britannicarum Medii Aevi Scriptores, t. 8, p. 306 (Martinus secundum Johannem Viclef, De simonia c. 5, allegat)

<sup>8</sup> Matth. 10, 8

<sup>9</sup> Luc. 6, 35

Conclusio 3<sup>a</sup>: Non potest circumscripta symonia summus Romanus pontifex reservando sibi primos fructus distribuere generaliter beneficia regnorum. Probatatur sic: non potest sine transgressione illius divini precepti „Gratis date“ summus

157r Romanus pontifex | reservando primos fructus distribuere generaliter beneficia 125 regnorum, ergo questio vera. Antecedens patet sic: nam tenetur summus Romanus pontifex potestatem spiritualem gratis dare, ut dicit suppositio, et si dat potestam spiritualem pro temporali comodo, tunc transgreditur mandatum Domini, ut dicit 1<sup>a</sup> conclusio. Et cum illius mandati „Gratis date“ transgressio sit generaliter symonia, sequitur, quod non potest summus Romanus pontifex circumscripta 130 symonia reservando primos fructus distribuere generaliter beneficia regnorum.

Ex ista conclusione sequitur, quod generalis distribucio beneficiorum cum reservacione fructuum inseparabiliter implicat simoniam.

2° sequitur, quod distribuentes beneficia pro reservacione fructuum generaliter sunt symoniaci.

3° sequitur, quod questio est falsa.

135

#### Apparatus criticus

2 summus Romanus ras. — 120 dantes sic codex unicus — 125 pontifex reservando fol. 156 deest

#### Adnotatio marginalis

120 ad verbum sperantes (*m. sinister*) scilicet comodi temporalis